

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. CXV.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

illud de quo in hoc negotio controvertitur, quodquia
sequenti numero jam porro erit enodandum.

CXV. Recensita est hæc assertio Programmatis loco alterius βδελύγματος à D. Animadvertisente quod propositum sit in pudorem universæ Evangelicæ Religionis. At vero hac ratione omnes Evangelici, qui non sunt Chiliastæ, misere suam Religionem jamdudum prostituissent, cum resurrectionem particularem, quæ ex verbis Apoc. XX. 5. secundum literam intellectis deducitur, Scripturæ S. adversari existimaverint. Et quidem si illud assertum tale jam esset βδελύγμα, nonne eodem modo horrendum βδελύγμα futura esset hæc assertio: Praeceptum illud Christi, quo jubet, ut oculum vel manum vel pedem nos scandalizantem amputemus *si secundum literam intelligatur*, legi morali Dei repugnat, quæ omnem corporis tam nostri quam alieni læsionem prohibet? Et quid tandem responsurus est D. Animadvertisens huic Argumento: *Quicunque sensus Scripturæ S. asserit particularem aliquam resurrectionem mortuorum, is repugnat libris Scripturæ S. canoniceis primi ordinis.* At sensus loci in Apoc. xx. 5. secundum literam & sine tropo intellecti asserit particularem aliquam mortuorum resurrectionem. Ergo sensus ille repugnat libris canoniceis primi ordinis. Major pendet à priori parte hujus Dissertationis, ubi ex libris Protocanonicis ostensum est, non dari ordinariam quandam mortuorum vel piorum resurrectionem, præter universalem illam quæ in fine mundi est futura. Minor est ipsa Chiliastrarum confessio, unde firmo adhuc talo stat Conclusio, ὅπερ εἶδες δεῖξαι. Probatum itaque est quod tantopere & toties flagitavit D. Animadvertisens ut probaretur. Qua de re ita locutus fuerat §. 10. *Demonstrandum itaque mi-*

S

et

est, secundum literam ea in Capite vigesimo prolatâ esse intelligenda, & sic demonstrandum tibi est, illa cum reliquis libris canonici pugnare. Si hoc demonstraveris, quod nunquam à te fieri posse certus sum, eo ipso secundum tuam assertionem qui repugnantiam & contradictionem inter Apocalypsin & libros Propheticos esse asseveras. Nusquam hoc vel unico iota fuit assertum, sed inter sensum literæ ex Apoc. xx. 5. qui tamen non est genuinus sensus, & inter libros protocanonicos aliquam esse discrepantiam dictum fuit, id quod etiam satis jam est demonstratum. Similiter fateri & statuere cogeris Apocalypsin nequidem inter canonicos secundi ordinis esse referendam, sed esse librum spurium, falsissimum, utpote libris Propheticis V. & N.T. apertissime contradicentem. Fateor hæc omnia tum fore concedenda, si quidem D. Animadvertis id quod promittit juste & evidenter probaverit. Quid autem hac in re præstiterit, numeris sequentibus erit audiendum.

CXVI. Præsupponit hic, nonnulla in Apocalypsi intelligenda esse secundum literam, nonnulla vero figurate. Prioris generis esse v. g. cum dicitur, quod Christus nos laverit sanguine suo, quod beati sint mortui qui in Domino moriuntur &c. Sit ita, quid tum? At subjungit tale axioma: Quæ sub visione proposita sunt, ea esse figurate intelligenda, at quæ sine visione proponuntur, secundum literam, atq; ex hoc principio totum caput undecimum vult esse explicandum secundum literam. Verum hoc Axioma nemo bonus Apocalypses interpres in omnibus ipsi conceperit, cum styli Prophetici in multis sit, ut etiam extra visionem futura sub figuratis locutionibus proponantur. Exempla possunt dari innumera, interim hoc loco sufficia t. lectorem benevolum remittere ad Caput xix.

Eze-

Ezechielis,
tur, ad Princeps
D. Animadver
II. III. explic
§. 24. p. 49. e
greditur, cum
non viderit,
dum. Imo, p
n verba possu
tan sunt inter
min non se
apparens ore
intelligenda,
¶ Denique
p. xx. At
hoc caput vifi
propotitum e
recedentibus
tem modo f
rei simile ex
admititur, u
mini (1) Jude
p. 10. v. 10. que
verim bestiam
tionem, ut &
secundum liter
(4) integer &
furrectionis p
fi modo exci
noverbia erg
furrectionis
Hocce termin
poterat D. A.